

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ

*Vitam & Merita M. ISAACI B.  
ROTHOVII,*

*Episcopi q. Aboënsis,*

*Exposituræ,*

*Particulam XIII:tiam*

*Consensu Facult. Philos. in Acad. Ab.*

PRÆSIDE

*FRANC. MICH. FRANZEN,*

Hill. & Mor. Prof. Publ. & Ord. Acad. Svec. Octodecimviro,

Pro Exercitio

*Publicæ disquisitioni subjicit*

*ABRAHAMUS FABRITIUS,*

*Stipend. Regius Viburgensis.*

In Atrio Cancellarie die XV Dec. MDCCCIX,

*Horis a. m. consuetis*

---

ABOÆ,

In Officina FRENCKELLIANA.

THESES RESPONDENTIS.

*Thes. I.*

**S**i id sentit animus, eujus in se effectus, grati vel ingratii, sibi conscientia est; frustra negatur, moralum in homine esse sensum.

*Thes. II.* Sensus autem excitari nequit, nisi vel immediata corporis in animum impressione, vel objecti in mente subjecti representatione.

*Thes. III.* Illam non moralis continere posse, constat. Hæc autem, ut in voluntatem agat, aut intuitionem rei, cupidinem vel aversationem excitans, aut conceptum regulæ, vel finis arbitrii, cui obtinendo inservit, vel sui ipsius causa servandæ, aut ideam veri, boni, pulchri, perfecti, per se estimandi, & in infinitum quiescendi, involvunt, necesse est.

*Thes. IV.* Inter plurimos jam convenit morum doctores, veram moralis atem non posse derivari, nisi aut ex legis, sola sua forma obligantis, notione, aut ex absoluti & infiniti idea.

*Thes. V.* Utraque autem & gratum & ingratum in nobis faciat, necesse est, animi motum; gratum, cum vel legis sanctitatem cogitamus, vel omnis perfectionis ideale exemplar contemplamur; ingratum, cum nosmet ipsos respicimus, quorum & cupidinibus contrariantur, & arrogiam deprimunt.

*Thes. VI.* Quamvis igitur sensus, neque cognoscendi, neque obligandi principium in re morali habendus sit; in eo tamen (sive reverentiam legis, sive absoluti studii, b. e. religionem contineat) ipsa radix querienda est virtutis humanae.

*Thes. VII.* Medium nempe inter animi facultates, cognoscitivam & activam, sensitiva locum tenet, actionem & representatione producens. Media est itaque inter sapienti & agendi virtutes (prudentiam vocant & fortitudinem) sentiendi virus: vel justitiam intelligas, latissimo sensu sumtam, (pro habitu scilicet, omne quod rectum esse dicitur ratio, ex intimo animo reverendi) vel pietatem, vel quod nobis optimum videatur, utramque.

*Thes. VIII.* Addiderunt quidam Philosophi antiqui, quartam virtutem cardinalem, σωφροσύνη nempe. Hæc vero aut moderationem complebitur affectuum animi, que vel in malo ferendo, vel in bono persequendo conspicua, ad fortitudinem pertinere videtur, aut externam tantum servat honesti speciem, sive decorum, quod illi ipsi ab honesto distinxerunt.

nostræ Litterariæ Scriptoribus uberius exponenda  
relinquimus.

B b

Ad

förläp måste H. K. M:t och den Kongl. Regeringen åter underdåningast om theß feel påminn blifva; cui repetitæ petitioni aunuens S. R. M. d. 25 Oct. 1646 gratiosissime decretit: *På tbat Academiå byggningen så mycket bättre underhållas måge, och Trycket tillika medb Bibliotbeket kunna ståd till at förbättra, så bafver H K. M:t åbrlingen Tubundrade daler Svenskt Silfvermynt velat dertil förordna.* Tantillam vero pecuniam, tot tantisque sumtibus dicatam, parum novæ Typographiæ emendandæ profuturam, facile erat ad prævidendum. Succurrit interim huic inopiæ quodammodo privata *Ill. R. Sen. GUSTAVI Comitis de WASABORG libera-  
litas, dono C Thalerorum Imp. Academizæ, præprimis ad instaurandam Typographiam, novisque Græcarum lit-  
terarum typis, quibus hucusque caruerat, augendam dato.* (Cfr. *Protoc. Confist. Acad. dd. 5 & 21 Junii & 18 Jul. 1648, nec non Natt. Acad. Ab.*) — Docent præter hæc Acta quendam SVENONEM Toreri GELZENIUM, (Studiosum Nationis Ostrogothicæ, et a. 1650 Phil. Magistrum Aboæ creatum, jam a. 1646 fabricam typorum Græcorum egregiam adeo parasse, ut & novo Typogra-  
pho & Consistorio oppido placerent; quos itaque, modico pretio emtos, in Typographiam suam, cum hujus eximio commodo, Consistorium sensim intulit. (Cfr. *Pro-  
toc. Conf. d. 17 Nov. 1647; dd. 9 Febr. 21 & 28 Junii,  
a. 1648; d. 4 Apr. 29 Maji & 17 Junii a. 1649 &c.*) Exemplum s. specimen horum typorum præbet Oratio Græca ejusdem GELZENII Aboæ habita & impressa: Δογαριον περὶ τῆς τῶν ημερῶν αναζωσεως &c. Cum in

Ad studia vero litterarum & sapientiae propere colenda cum præter hæc apprime conduceat, ut tam Præceptoribus quam Discipulis præsto sint libri, in quoque Scientiarum genere optimi & præstantissimi, mature jam de *Bibliopola* idoneo, cui nomen **CHRISTOPHORUS MENCKSTERN**, huc accersendo consilia ceperunt Patres Academicci; quem & ipsis concescit S. R. M:tas, privilegiis expeditis gratiosissime munitum. (\*) Hoc vero spartam sibi obletam

Archivo Consistorii Acad. adhuc supersint litteræ GEL-ZENII, d. 12 Mart. a. 1646 e parœcia Bjerno ad Consist. hoc de negotio transmisæ, ex illis sequentia describam: *Tentavi equidem ex stanno lingua veruaculæ N Testamenti exculpere characteres, & exploratum ire num potis sim proprias pro mutuatiis figuræ restituere, prout hic video est in Δeūpiasæ, vestris Gravitatibus transmissa, (quæ & in Actis adhuc cernitur) eosdem aliquatenus repræsentari; quorum quantitas cum characteribus nostri Typographi (ut opinor) facile concordaverit. Venæris Claritatibus stylum bunc, maxima præcipitantia factum, aut placere aut displace dubito, cum paratus sit in difficiili principio, quamvis Divina benedicente manu me sperem melius meliusque progressurum esse, quando exercitationem sequetur habitus & consuetudo &c.* Quæ vero reliqua, post ROTHOVI ætatem, Officinæ nostræ Typographicæ fuerint fata, utpote a nostro aliena instituto, aliis Litteraturæ Fennicæ studiosis accuratius persequenda jamjam committimus.

(\*) Mandatum erat privilegiis hisce d. 8 Maji 1641 consuatis: *At Academiens Bookförare, bæde den som nu*

tam (nescio quamobrem?) abnuente, Ill. P. BRAHE in ejus locum alium suffecit Bibliopolam Lubecensem LAURENTIUM JAUCHIUM, (\*) qui & d. 20 Jun. 1642 in Consistorio præfens, certis utrimque stipulatis conditionibus, se huic mercaturæ addixit, quam dein, licet minus quæstuosam, hic usque ad a. 1655 exercuit. (\*\*) B b 2

Sed longiores forte quam oportuit jam suimus in enarrandis Academiæ Auraicæ natalibus, antiquissimis ejus Institutis, sapientibusque variis consiliis, quibus & florem Scientiarum, & salutem Patriæ, & perenne Musis nostris decus, laudabili opera procurarunt primi ejus tam Tutores & Rectores, quam Doctores; in quarum laudum societatem etiam ROTHOVIUM nostrum summo jure meritoque

suo

är, eller framdeles antagen värder, må och skall bär toll och licentfri i Åbo införa bvadh böcker han uthomlandb åbrligen opköpandes och til Åbo förandes värder.

\*) Appositis in epistola ad *Confist. Acad.* d. 27 Apr. a. 1642 misa sequentibus rationibus: Emedan han samme ånbete tilförene brukadt, och bans Fadber därvidb en långligb tijdb varit basuer, at ban väl förmehnar sigb det kunna vidb macht bälla.

\*\*) Cfr. *Protoc. Conf. Acad.* d. 17 Jan. 1655. Quinquenio hinc transacto JOHANNEM BECKER, item Lubecensem, successorem naætus est.

suo venire, & jam allata satis superque evineunt, & æquus quisque harum rerum æstimator ac arbiter nunquam non pio ac gratissimo animo fatebitur.

In reliquis vero ejus de Patria Ecclesiaque nostra Fennica meritis recensendis, ultro & lætabundi primum subsistimus in commemorando opere non minus vastæ molis, quam maximi omnino momenti in Religionem, in morum disciplinam & omnem rem nostram ecclesiasticam, *Versionem* loquor SS. *Bibliorum* tam *Veteris* quam *Novi Testamenti Fennicam*, quæ, ROTHOVIO sedem Episcopalem Aboensem tenente, & parata, & felicibus auspiciis absolute atque in lucem publicam a. 1642 typis demum emissa est. (\*) Non quidem is erat ROTHOVIVS, cui partes quædam, seu socia aliqua opera, in hoc peragendo negotio deferri potuerint, cum Svecia oriundus linguae Fennicæ ignarus esset; ipsum tamen & ex officio, & pro studio meliorum augendarum notitiarum & emendandorum morum in gente adhuc valde superstitionis, inculta & vitiis variis dedita, quo ducebatur integerrimo & fatigari nescio, pia & sapientia Summi Imperantis consilia alacriter adjuvisse, virisque gravissimo operi præfectis omni qua valuit industria atque auctoritate ad-

---

\*) Cfr. que de hac Versione ex professo commentatus est Cel. H. G. PORTHAN in Åbo Tidn. a. 1778 N. 14 seqq.

adstitisse, pauca quæ fese nobis obtulere horum temporum hujusque rei servata monumenta satis testari videntur.

Adornaverat jam centum prope ante ROTHOVIVUM annos Episcopus Aboënsis meritissimus M. MICH. AGRICOLA, typisque impressas in usum popularium suorum divulgaverat, Fennicas non tantum totius N. Testamenti, verum etiam fragmentorum quorundam V. Testamenti translationes; (°) at  
pu-

\*) Cfr. insertam Åbo Tidn. a. 1796 N:o 15 seqq. tractationem eulam: *Anmärkningar om de i äldre tider till Finska Församlingens tjänst genom trycket utgifne Skrifter, & P. JUUSTEN Chron. Episcoporum Finl. ex ed. Cel. PORTHAN pagg. 756 seqq.* Adjungam his pauca verbotenus excerpta, quæ de hoc instituto in Actis *Consistorii Eccles. Ab.* notata sunt: Sic habet *Protocollo d. 15 Nov. 1635:* Bleff och talat om Finska Biblien, att then ändeligen måtte komma på tryck; bleff och M. Jobannis Matbiez (nescio quis hic fuerit?) Fortassis qui demum Episcopus Strengnesenfis factus, Supremum h. t. Aulæ Concionatorem & Praeceptorem Reginæ CHRISTINÆ ageret?) breff upläsít, att ther är en skön tryckiare kommen till Stockholm, om the ville handla medb bonom om trycket. Bleff M. Joban derom skrifvit svar igen tillbaka d. 20 Dec 1635. Item voro Borgmästaren Henrich Skepper och Hans Hjtvieb tilstades i Capitlet, bleff talat att then Finska Biblien måtte ändeligen komma i trycket. D. 22 Maii 1638: Bleff H. K. M:tz och böge vdlsborne Regeringens bref upläsít, Hans Åbrevördighet Bi-

publica & communis insequentium temporum calamitas, Fenniae nostrae exhaustis & male habitis incolis præsertim exitialis & sinesta, diu prohibuit quominus & reliqui ad Scripturam S. Veteris Testamenti pertinentes Libri, Fennico redditi idiomate, in manus traderentur populi; donec & Consistorii, & Cleri universi Fennici, & reliquorum deinde popularium junctis & frequentibus ad S. R. M:t:em delatis petitionibus id demum effectum est, ut exectioni mandaretur sapientissimum consilium de toto Sacro Codice in vernaculam civium nostrorum linguam transferendo; quod pius, at grave & operosum negotium, scite perficiendum tradidit S. R. M:t:us a. 1638 <sup>(\*)</sup> quatuor & eruditione varia, & accu-

skopen M. ISAACO ROTHOVIO tilskrifvit, der nådlingen är beviliat att Biblien på dett Finnska Språket skole transfererat blifua, hvilket sedan, näst Guds tilbielp, skall af trycket afgå. Tbefflijkes bleff och Translatorium litteræ vocationis upläßen, och af H. K. M:t och Regeringen till samma verkz fullbordande confirmrade, at the samma arbetet i Herrans namn under bänderna taga skola:

*Director hujus Biblice translationis est Excellentiss.  
D: Doct. Eschillus, Pastor Aboensis. Reliqui Translatores sunt &c.*

<sup>(\*)</sup> Annuerat jam S. R. M:t:as in Decretis Comitialiibus d. 5 Jul. a. 1636, & d. 26 Febr. a. 1638 solemniter publi-

accurata in primis Saerarum Linguarum Litterarum-  
que cognitione inclytis viris, nempe, D. ESCHILLO  
PE-

---

catis, Fennicæ suæ gentis æquis concordibusque de hac  
Verlione obtinenda iterum iterumque prolatis desideriis;  
quibus denique ex voto pleniusque satisfactum est sequen-  
tibus Regiis Litteris: *Till Mester Isaak Rotbovium, Bi-  
skopen i Åbo om Finska Bibliens uppläggiande*, dat.  
Stockholm d. 10 Apr. a. 1638: *Vij CHRISTINA - - Vår  
ynnest - - Eftter som Herr Biscop I på beela Åbo Stifts  
vegnar bafue underdårigt boos Os lätit andraga den  
stora åftundan dee bäre att Biblian på Finsebe språket  
mätte förmedelst Vår Nådige couzens och tillåtelse ut-  
aff tryckett opplagd blixtva; Så bafue vij tagit den sa-  
ken utbi nådigst betänkiande, och tracbtandes utban desß  
eftter det våre undersåtare så i den provincien, som  
flerestådes, må lända till välfård i verldsligt mätto,  
den icke mindre utbi andelige saker gerna see befordrad,  
synnerligen att Biblien, utbur hvilken menniskan om  
allt buadb till bennes saligheet ländar egentligen bör  
informeras, icke må, såsom till åfventyrs i den Landz-  
ånden ofta kan vara skedt, genom oförståndige uttäll-  
kare, eller andre vrångvijse menniskors egenvillie, fö-  
ras utbur sin rätta meening, fördenskull funnit nödigt  
och godt, att till förbte Finsebe Biblies uppläggiande  
utbi ett Corpore. gifua vårt samtycke, låte os och nå-  
digt bebagga att dee föreslagne persobner, nembl. Pastor  
i Åbo D. Eschillus Petreas, M. Henricus Stodius, Le-  
ctor Theologie dersamma stådes, Herr Henrich Hoff-  
mannus, Pastor i Masko, och Herr Jöran, Pastor i  
Picke, såsom båst dertill qualificerede, blifve brukade att  
revidera buadb som off en eller annan privatim vore*

PETRÆO. *Pastori s. ArchiPræposito Aboënsi* (\*) MARTINO STODIO, *Theol. Lect. 2:do Gymn. Aboëns.* (\*\*) HEN-

affatt och translateradt, och där någre feel finnes, dem  
åndra och boota, sedban hvadib icke åbr affatt tillfö-  
renne, det ånnu troligen och medb fljst utbottka och  
translatera, fölliandes utbi allt Lutberi sidst öffuer-  
de version, och elliest sielfue original språken, såsom  
och beslijtandes sigb om god reen Finska, den utbi alle  
Landzorter i Finland väl kan förståås, och att stylen  
derutbi må blifva lijka och enabanda. *Vij vele Eder*  
detta allt biffua oppdragit och recommenderat, i deet  
omsorg att animera förbemålte persobner, som sigb det-  
ta arbetet skola opätaga, så och elliest om det öfrige,  
som här till requireres att beställa och laga, att allt till  
sin behöriga effect och åndskap må komma. Och vij be-  
falle - - *Datum ut supra.*

GABRIEL G. OXENSTIerna,

JACOB DELAGARDIE.

CARL GYLDENHIELM,

AXEL OXENSTIerna.

GABRIEL B. OXENSTIerna,

(Ex Arch. Regni a. 1638 fol. 361 v.)

J. M.

\*) Cfr. quæ de eo supra pag. 48 seqq. attulimus. Quamvis natione *Wermlandus*, linguae tamen Fennicæ eam  
sibi comparaverat peritiam, ut & Ecclesiæ Civitatis Ab.  
Fennicæ, & operi, de quo agimus, Biblico gnaviter  
præesse posset.

\*\*) Cfr. supra p. 64 seqq. Secundum Theologum in Gymna-  
sio Ab, etjam *Græcæ L. Lectorem* promiscue appellatum  
fuisse, jam pagg. 66 & 67 observavimus.

HENRICO HOFMANNO *Pastori & Præp. in Masku,*  
 & GREGORIO Matthæi (FAVORINO) *Past. in Pi-*  
*his* (°); qui & accuratisima strenuaque adeo dili-  
 gentia in eo versati sunt, ut intra biennium, &  
 quod excurrat, recens adornata versio, Holmiæ re-  
 giis sumtibus prelo submitti posset; missis hinc Ty-  
 pographiæ Correctoribus D:nis JACOBO Magni &  
 CANUTO ERICI, (\*\*) linguae Fennicæ absque dubio  
 C c. bene

\*) De duobus hisce postremo nominatis operis absolvendi  
 sociis nū præterea novimus, cum nec aliis rebus getis,  
 nec editis scriptis, apud nos inclarerint. — Loco No-  
 tarii Translatoribus inferviisse JONAM Matthiæ RAUMAN-  
 NUM, Sacellatum Ecclesiæ in Nykyrka, perhibent Åbo  
 Tidn. a. 1796 N. 18; cui asferto suffragatur Protocol-  
 lum Capituli Ab. d. 15 Nov. 1659: Bleff af Consistoria-  
 libus samtalt om Translatorum Notario D:no Jona  
 Matthiæ, som Translatorum translation på Finska Språ-  
 ket veent skrifver, huad bau shall till uppebälle och  
 lön bauua; Beviliades att bau shall till lön 30 T.  
 Spanmål, och till kost 20 Dal. S:mt, årligen bekomma.

\*\*) Refert hæc de re Protoc. Consist. Eccles. d. 7 Octob.  
 1640: Bleff Dn. Jacobus Magni och Dn. Canutus E-  
 rici förordnade at reesa till Stockholm, och vara Corre-  
 ctiores öfuer den Finske Biblien, hvilken nu begynnes  
 aff Tryckaren Hendrich Keyser, boendes i Stockholm  
 på Norrmalm. Litteras commendatitias ipsiis ad III. Com-  
 P. BRAHE a ROTHOVIO nostro d. 4 Nov. 1640 datas, ex-  
 hibent Åbo Tidn. a. 1795 N. 11. — Ecclesiastico vero  
 Ordini initiatos suis hos duumviro, nobis Historiæque

bene peritis, quorum, ut & laudati Typographi, juncta industria, totus Sacrarum pandectarum Codex Fennicus a. 1642 in maximo folio ex Officina Keyseriana, nitide omnino & egregie impressus, in lucem publicam prodiit, Ecclesiisque & Templis per Finlandiam conditis sine mora distributus est. (\*)

Super-

nostræ Litterariæ alias plane ignotos, ipsosque rem suam bene omnino, prout oportebat, egisse, sequentes Litteræ Regiæ ad Episcopum Rothovium d. 19 Sept. 1642, misse comprobant: *Vij CHRISTINA - - vår gunst - -*  
*Mådan som vij fönnimme Herr Biskop, att brefvijssare och Correclorer af den Finske Biblien Herr Knut Erici och Herr Jacob Magni bafve utbi samme dem förtrodde Correction användt sin möjliga fligt, så att b:te Bibell nu är af trycket färdigh vorden; Vlij bafue fördenskuld, näst den gunst dem för samme sin använde fligt af Os för denna gång är vederfaren, velat gifva dem till Eder denne vår addreß, medb nådigh befattnings, att I låtbe Eder angelägit vara dem medb någon lägenbeet och Prästegiäld, som utbi Edert Stift nu åbr, eller med första kan blifva vacant och ledigt, försöria och accommodera. Detta I således efterkomma vele. - - -*

PEHR BRAHE.

GUSTAF HORN.

CLAS FLEMING.

AXEL OXENSTIerna.

GABRIEL OXENSTIerna.

\*) Nolumus repetere quæ de inde genioque hujuscem Ver-  
 sionis jam pluribus exposuit Cel. Aucto<sup>r</sup> Historiolæ: *Om  
 Finnska Bibel Översättningen*, in *Abo Tidn.* a. 1778 p.  
 107. Placet tamen adjicere iis, quæ ab ipso, pro insti-  
 tuti ratione, bene & copiose satis disputata sunt, bina

Supersunt vero, præter jam allata, **¶**præcipua  
certe ac memoria posteriorum dignissima, etjam alia  
non omnino præterunda documenta fidei, pruden-  
tiæ atque indefessæ alacritatis, quibus in obeundis  
sibi clementissime demandatis muneribus ROTHOVIVS

C c 2

noster

ad materiam tractandam pertinentia litterarum monumen-  
ta. Cum scilicet jam d. 17 Jan. a. 1644 in Consist. Eccles.  
decreto eslet om then *Finske Biblien*, att buar Kyr-  
kia må hōpa ett exemplar för Kyrckians penningar,  
huic vero decreto plurimi Ecclesiarum Pastores morem  
haud gererent, scripsit Epilcopus vigilantissimus versus  
finem ejusdem anni ad ipsos sequentis argumenti episto-  
lam, in *Archivo Capituli Ab.* adhuc obviam:

*Reverendis Dn. Præpositis & Pastoribus Diœcesa-  
nis salutem & incolumentatem precamur!*

Constat Vobis, Venerabiles Viri, non modo utile, sed  
& summe necessarium esse, ut preciosissimus Verbi Di-  
vini Thesaurus in omnibus Ecclesiis lingua universis  
ac singulis Parochianis cognita, reperiatur, ex quo quis  
etjam plebeius magnalia Dei, lingua sibi vernacula,  
aut ipse recitare, aut a verbi Divini Ministro recitata  
audire ac intelligere poscit. Præcipimus itaque ac injun-  
gimus omnibus illis per totam Diœcemin Parochiis, in  
quibus lingua viget Finnouica, ut Sacra Biblia, ani-  
mæ pharmaca, sibi ab Oeconomio Templi Catbedralis in  
futura Synodo redimant; Quod singulis Pastoribus ma-  
ture significandum duximus, ne quis suam ignorantiam  
prætendere possit. Cumque bactenus deplorandam in  
hoc casu negligentiam intellexerimus, ideo singulis Di-  
œcesanis injunctum volumus, ut euilibet Templo exem-

noster ad finem usque vitae laudatissime versatus est; quorum itaque coronidis quasi loco breviter hic recordari jubet pietas, jubet grata tanti viri memoria atque reverentia.

Insi-

plar unum ante ipsam Synodum comparent, sub pena  
X Imperialium Templo Cathedrali solvendorum. Ex  
Consistorio Ab. d. 12 Dec. a. 1644.

ISAACUS ROTHOVIVS  
Ep. Ab.

Quæstum quendam ex commemorata venditione fecisse  
Templum Cathedrale, cui CC exemplaria novæ Versionis  
S. R. M:tas dono dederat, sequentes Litteræ Regiæ ad  
Collgium R. Camerale (*Respective Riikz och Cammar-  
Rådb*) d. 29 Aug. 1645 datae, & in Archivo Consistorii  
Acad. servatæ, innuunt: CHRISTINA - Aldenlundb vij  
nådigst haffua donerat till Doomkyrckian i Åbo Tubun-  
drade Exemplar off then Finsche Biblien, dels at utdela-  
der i Stiftet, dels och at komma samma Kyrckia medb  
någott till förynyande af taket, till bielp och entsatt;  
Sedan och skänkt vår Rijckz Drotzet trettio exemplar,  
att förschickा på en och annan ortb, som han veet dem  
nådigt kunna beböfas; Och sidst tilordnat vår Rijckz  
Skattmästare dee öfrige exemplaren, föruthan någre som  
kunna leggias till förvarning ad rei memoriam) att  
kring sprija i Norrlanden, samt Carelen, Lif-Est-  
och Ingermalandb, buarföre är vår Nådige villie och  
befällningb, att I b:te exemplar v:db påfördran affölja  
låtha. Dermedb sker vår nådiga vilje. -

CHRISTINA.

Insignia præprimis atque indefessa fuere ejus studia de Ecclesiis nostris, spissa ignorantiae atque superstitionum caligine adhuc obtectis, uberiori Religionis Evangelicæ luce ubique collustrandis, morumque eo ipso promovenda castimonia; quæ pia sua consilia in omnibus fere, saltim plerisque, ad Clerum Diœcesanum publice emissis scriptis, præfertim vero solemnes annuos Supplicationum Dies (\*) ex officio indicturus, satis superque probata fecit; graviter simul, quin imo severe acriterque interdum, Præpositos Pastoresque suos exhortatus de officiis sibi injunctis fideliter & impigne observandis, de plebe veris & salutaribus Religionis Christianæ notitiis diligenter imbuenda, de reprehendendis & amo-

\*) Regem gl. m. GUSTAVUM ADOLPHUM a. 1612 tres hujusmodi solennes publicarum precationum Dies, communiter *Allmåns Bönedagar* dictos, constituisse, hosque dein quotannis, ex regia nempe auctoritate, & suadentibus Ordinibus Regni, magna cum religione, per omnes Svecie Fennique provincias celebratos fuisse, ex Annalibus nostris Ecclesiasticis dudum novimus. (Cfr. e. g. BAAZII *Invent. Eccles. Sveog.* p 675 seqq. BÆLTERS *KyrkoCerem.* pagg. 217 seqq. Disl. Hist. Præf. Prof. P. EKERMAN Upl. 1743, de *Supplicationibus Sveog.* sub *Lutheranismo &c.*) A. 1650 duo tantum hujus generis festi dies constituti sunt, & a. 1651 unicus; dehinc vero continuo tres, donec Rex gl. m. CAROLUS XI. quartum a. 1675 his tribus adderet; quem numerum haecusque servavit Regum Sveogothicorum pietas,

amovendis variis vitiis in populo adhuc, propter  
dolor! frequentissimis, de bono in Ecclesia tuendo  
ordine, ceterisque omnibus munerum suorum parti-  
bus ita obeundis, ut in futuris Visitationibus ac Sy-  
nodis rationem horum omnium exactissimam red-  
dere possent. (2)

Ex

(2) Longiores numeroque plures sunt haec Litteræ (*Circula-  
res appellare suevimus*,) quam ut omnes in extenso hic  
apponi queant; quare non nisi excerpta quedam, genium  
et cogitandi & dicendi rationem moresque horum tempo-  
rum quodammodo illustrantia, dabimus. Sic Diœcœsa-  
nos suos in Litteris d. 18 Maii 1640 datis hunc in mo-  
dom alloquitur: *Scitis nullum genus abominationum in  
mundo perpetrari, quod apud nos non audacissime com-  
mittitur.* Invenietis in vestris Ecclesiis manifestos I-  
dololatras, notos per totam Diœcesin, quorum quidam  
audacissime Visitatoribus se opponunt & defendant  
abominationes adversantur. Abusus Nominis Divini sine  
omni pudore frequentatur. Transgressio Sabbathi lusus  
est coram vulgo. Ardent odia, lascivia, inobedientia  
erga Ministerium. Laborant etiœlia, crapula Sadomitica  
bibunt mensuras sine mensura. Quid dicam de avaritia,  
superbia, prava concupiscentia, fraude, calunnia? Haec  
omnia penitus abjiciantur & ad inferos relegentur, modo  
nostris precibus ac jejuniiis, aliisque pietatis exer-  
citiis aliquid boni effecerimus. Vos qui Præpositi estis,  
monete vestre jurisdictioni subjectos, ut suum in hoc  
caſu faciant officium fidelissime, modo velint propriam  
& auditorum suorum animas ex igne infernali liberare.  
Facite discriminem inter bonos & malos; sitis pio Zelo

Ex more quippe antiquitus recepto convoca-  
tus est ab Episcopo & Consistorio Eccles. Clerus  
Dioe-

---

ardentes. — Debent singuli Pastores notare hos Textus  
sibi porrectos. Totam etjam concionem describere te-  
nentur, ac Praepositis revidendam offerre, ac postmodum  
mibi ipse & Consistorialibus relegandam tradere. Quod  
qui neglexerit, ab officio & beneficio ex vestigio priva-  
bitur, quicunque fuerit. — Varia his similia habet scri-  
ptum, quo Dominica Exaudi a. 1641, ejusdem anni  
publicos Supplicationum dies indicit, quibus tamen se-  
quentia addere juvat: Dni Præpositi primum tenentur  
Contradiccias suos in loco commodissimo motore convo-  
care, mandatumque Regium illis recitare & inculcare.  
Illo Textus nobis a Regia Mte porrectos cuilibet mon-  
strare, utque illos fideliter explicare, & Auditores ad  
penitentiam excitare studeant, gravissime obtestari.  
Pastorum est justo tempore ipsum mandatum in Ecclesia  
recitare, Auditorum diligentiam & negligentiam obser-  
vare, utque sobrii mature congregentur, & ad vesperam  
atque in oratione sobrii perseverent, &c. Synodus  
denique d. 7 Sept. bœa celebrandam significat, in qua  
reddent singuli Pastores & Diaconi rationem Dierum  
Rogationum, nobisque descriptas monstrabunt conciones.  
— In Litteris hunc eundem in finem d. 2 Junii 1642  
ad Dn. CLAUDIUM, Past. & Praepos. in Töffala missis,  
sequentia e Litteris Regiis de modo ac religione Sacro-  
rum horum celebrandorum exscribit: Alla dryckeshus  
skola igenflutas, så att ingen ting på the 3 dagar ut-  
tappas att buffua fast. Inga köpmannavavaror sellias.  
Pastores skole i buart geld grant uptekna them som  
försymma Faste och Bönedagar. The som emot förbod

Dicēcesanus plerumque semel, interdum bis, quo-  
vis anno ad conventus hujusmodi habendos Syno-  
dales,

---

selie och uttappe någon tingb, skole buarie gång böta  
40 mark, men the som köpe, 3 mark, och sedan undergå  
allmäntb Kyrkohicht Samme bötor skola Kyrkiones  
Förestondare och Sexmåns baufla macht, utan all gensä-  
jelse, att uttaga och med Kyckioberden upbåra, Eu deel  
åt the fattige i näste Hospital, then andre til the bus-  
arne i samma Församling, then tredie till Kyckian.  
Och buar någon vill godvilleligen sådant utgifua, skole  
våre Fogter vara bishändige at utbkråfa. The som icke  
bauflue råd, skole i torn och bvalf på någon tijd förvar-  
rade blihua. Uppå bygden skole Preserne i buarje geld  
hölle viſſe register på them som thetta försumma, och  
tberpå med fligt och alſuar drifua, att therme vår villie  
efterkommes. Men om någon Prest, Kyrkiones Sexman  
eller Befallningsman tbet försummar, antingen för mutor,  
gåſvor, väld eller vänskap skull, då skall han utleggia  
theb förberördt år, nämligen 40 mark buar gång, utan  
någon persons respect. Hæc omnia sunt mature Dyna-  
sis, Prætoribus, Consulibus &c. operienda. — Coronis  
loco his subiungam quædam in Litteris Circularibus  
d. 7 Apr. a. 1645 obvia: Cum compertum sit, multos  
impios, solutos & induratos homines passim iuveniri,  
qui nec Deum nec Magistratum timent, sed a Diabolo  
fascinati saltem propriam, nec non proximi, pro virili  
impedient, imo totius patriæ interitum ac perditionem  
studiose querunt, & instar canium rabiosorum semper in  
contrarium ruunt; Ideo Vos singulos & universos hor-  
tor & moneo, ut aperintis mentis ac corporis oculos,  
uestrosque Auditores observetis, atque ad accuratam